



Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Decisio LXIII. De Testibus, qui sunt membra communitatis, & aliis, qui post
publicatas attestaciones substituuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

feffione extrajudiciali plenam efficere possit, sufficienter & concludenter intentionem suam probaverit.

Id tamen adhuc adverte, quòd Ubal-
dus hanc tacitam Wilibaldi confessio-
nem in Judicio factam, ut sibi profit,
acceptare debuerit; nam confessio non
nocet confitenti, nisi ab Adversario
fit acceptata in Judicio. Gail. l. 1. observ.
55. n. penult. Myns. cent. 4. observ. 51.
Blum. Procesi. Cameral. tit. 63. n. 64.
notat tamen Myns. cum aliis, confes-
sionem, quæ non est ad obligandum,

sed liberatoria, nocere confitenti, si
expresse non sit acceptata ab Ad-
versario, modò iste fuerit præsen-
s. l. tale pactum ff. de Pact. In Judicio
autem censetur pars præsens esse.
Facta initio objectio cum in
appendicibus unica distinctione
Auctoribus remouetur dicendo,
quidem verum esse in extrajudicia-
bus, non verò in Judicio, ubi locum
inuenit regula 43. in 6. Qui tacet,
sentire videtur.

TITULUS XX.

De Testibus.

DECISIO LXIII.

De Testibus, qui sunt membra Communitatis, pro
qua deponunt, & substitutione aliorum post publicatas
attestationes.

SPECIES FACTI.

Capitulum Ecclesiæ A. Decimas
Communitatis N. quas colligen-
di jus ab antiquo obtinuit, per 200.
ferè annos nunquam collegit, sed ip-
sis colonis vel elocavit, vel pro cer-
to pretio fructus decimales in annos
singulos vendidit. Trienniò abhinc,
cum coloni nimis modicam vel pen-
sionem vel pretium offerrent, Capi-
tulum è re sua fore arbitratum statuit.

Decimas in natura, ut loquimur,
sua horrea auerere; verum cum
decimationem ventum esset, coloni
non decimum, sed undecimum Mo-
nipulum separarunt pro Decimis, ob-
ferentes, id ex observantia vel con-
suetudine immemoriali esse receptum.
Quo intellecto Capitulum instituit
stitutionem contra colonos, & fecerit
dum Juris Communis. dispositionem
deco

decimos manipulos præterdit, ac durante lite decimum quemque manipulum sequestrari fecit. Ardenter Communitas N. causam suam egit coram tribunali Ecclesiastico, & plures viros grandævos, qui tamen omnes exau de dicta Communitate, velut testes antiquissimi moris, vi cujus in hoc loco undecimi primùm manipuli pro decimis relicti sunt, produxerunt. Sed Consilium Ecclesiasticum Episcopi Communitatem condemnavit ad decimas posthac secernendos, prout Jus Commune præcipit, ex eo potissimum capite, quod producti testes, velut in propria causa, non fuerint

Legales, & sufficientes ad plenam fidem faciendam. Contra quam proinde sententiam Communitas quantocyus appellavit ad Metropolitanum, & in novo Processu non eosdem, sed novos testes, scilicet viros in vicinia degentes, non ex suo medio (ut loquuntur) assumptos, recipi postulavit. Ex qua facti serie veniunt decidenda duæ quæstiones. I. An testis pro Communitate, cujus est membrum, aliquid probet. II. An testes novi post publicatas attestaciones recipi possint, saltem in Judicio Appellatorio?

QUÆSTIO I.

An testis pro Communitate, cujus est membrum, aliquid probet, præsertim in hac facti contingentia?

Communis equidem Doctorum conclusio est, quod testis de Universitate admittatur ad testificandum pro sua Universitate, Collegio, aut Communitate. Carpov. in *Jurisprud. Forensi* p. 1. *Const.* 16. *def.* 65. n. 1. cum Felin. in c. 6. n. 1. h. t. *Speculat.* tit. de Teste §. 1. n. 2. Salyc. in l. parentes n. 10. C. de testib. Farinac. in *Praxi* p. 2. de testibus q. 60. n. 450. ubi allegat plurimos. Ratio est I. Quia singuli de Collegio, Communitate, aut Universitate non dicuntur ferre testimonium in propria causa; cum aliud sit Universitas, & aliud singuli de Universitate, l. 10. §. qui mittitur ff. de in jus voc. quia illius

tantum interesse dicitur, qui suo nomine vel agere vel excipere potest. per l. 17. §. procuratorem 15. de injur. sed singuli de Universitate non possunt agere vel excipere suo nomine. per c. edoceri 21. de Rescr. Clem. Religiosus de procurat. ergo. II. Singula membra de Universitate Ecclesiastica sunt habilia ad testificandum pro illa. *Text. & gl. v. nota, quod Clerici. in c. insuper C. de testib.* Farin. n. 451. 459. 460. seqq. cum aliis: ergo etiam membra Communitatis sæcularis ad testificandum pro illa, & quidem III. Speciatim in ordine ad probandam consuetudinem non solvendi decimas, ut in præsentis contingit. Felin. in c. cit. in fin.

in fm. Mascard. l. 1. concl. 424. n. 59. 60. deprobat. Curt. in tract. de testib. concl. 4. n. 14. Farina c. n. 494. Confirmatur IV. Canonici, qui sunt membra Capituli, tanquam Universitatis, idonei sunt testes in alienationibus rerum ad Ecclesiam pertinentibus, in electionibus & aliis, quæ fiunt à Capitulo, ut docet Menoch. de arbitr. Judic. casu 106. n. 1. ex textu, glossa, & cum omnibus in c. tertio loco 5. de probat. Farinac. n. 479. ex c. 2. de testib. § l. consensu c. de repud. Roboratur V. Ex Jure Civili: Legatarius, seu cui in testamento relicto est legatum, est idoneus testis in testamento, non obstante, quod ex suo testimonio redundet in ipsum aliqua utilitas. l. in testamento ff. § l. dictantibus c. de Testam. item §. legatariis Inst. eod. ibi: legatariis, § fideicommissariis, quia non juris successores sunt, testimonium non denegamus: ergo etiam Collegiatus, seu qui est de aliquo Collegio vel Communitate, potest esse testis in causa Collegii, licet inde in ipsum redundet utilitas: ergo causa principalis, propter quam repellendus esset testis Collegiatus, nempe utilitas in testem redundans ex testimonio, quod fert pro Collegio vel Communitate sua, nihil habet virium.

Verum hucusque tradita non sunt illimitatè accipienda, sed distinctio, quam accuratiores DD. plerique faciunt, adhibenda est, & videndum imprimis, an commodum vel damnum, quod provenit à causa exitu, af-

ficiat solam Universitatem aut Communitatem quæ talem, ut si forte agatur de legato Communitati factum extruendis aut reparandis ædificiis Civitatibus 122. de leg. l. vel si agatur de lite, in qua etiam Universitas succumberet, tamen non esset in illis membris ejusdem imponenda lecta. Farinac. n. 506. seq. vel si agatur de molendino, cujus fructus Universitatem pertinent. An vero utilitas aut damnum afficiat quoque membra Communitatis, an in singulos redundet in particulari puta si agatur de nemore, vel in scuis Collegii aut Communitatis, quo memore singuli de Communitate cadendi ligna, & in qua per singulos suas oves & animalia manducandi potestatem obtinent. Menoch. vel si agatur de prædio aut vinea, cujus fructibus singuli de Universitate aut Collegio vivunt, aut alibi Felin. in c. insuper cit. n. 5. Aliud si prædium, vinea, nemus, præ hujusmodi venderentur à Communitate, & pretium in arca communitatis poneretur. Felin. n. 2. § 6. de decis. 400. post num. 6. vel quando jure lignandi, piscandi &c. singulis conceditur nisi pro mercede, vel pensione aliqua. Menoch. lo. cit. Roland. à Valle cons. 72. n. 15. lib. 2. &c. communiter. Notat quoque Menoch. n. 13. cit. Gloss. in l. omnibus v. propria c. de testib. & ibi Salic. n. 2. parum vel nihil interesse, sive commodum sit tantum consecutum, secundarium, &, ut ajunt, in causa

quantiam tantum redundet in testem Collegiatum: eò quòd & talis commodi affectio caligare oculos, & testem in propria causa facere videatur: quamvis aliò ob commodum & interesse, quòd solum in consequentiam redundet in testem, eum propterea non repellat à testificando cum alia glossa in l. nullus ff. de testib. & Decio in c. insuper cit. n. 17. Quorum discrepantiam conciliare sibi videtur Farinac. d. q. 60. n. 9. cum Abb. in c. cit. n. 2. col. 2. sibi dicendo, quòd veritas in consequentiam testem non repellat in totum, sed tantum diminuat fidem ejus; quòd non improbo. Deinde videndum, an res probata non possit per alios testes, quam qui sunt de Universitate vel Collegio, ita ut nec actu nec habitu aliunde suppetat probatio, ubi nimirum adeò secretum gerebatur negotium, ut extraneo, & aliis extra Collegium vel Communitatem nec innotuerit, nec innotescere potuerit. Menoch. casu 106. cit. n. 1. 2. His præmissis

Dico I. Testis de universitate idoneus est ad testificandum pro sua universitate, communitate, vel collegio, quando commodum vel utilitas non non redundet indè in singulos de communitate, nec damnum singulis inde timendum. II. & quidem non tantum in subsidium, ubi veritas aliter vel per alios testes haberi nequit, quòd hujusmodi testes sunt omni exceptione majores, ac omnino legales. III. sed etiam propriè & directè, quando veritas alio modo haberi, &

probatio per alios actu & habitu fieri posset: quo tamen casu, si in factò intervenerint alii testes, vel intervenire potuerint, testis de universitate non est omni exceptione major. Pars I. quam tenet comunissima cum Bart. Bald. Salic. Alex. Ripa, Felin. Ant. de Butr. & aliis à Menoch. n. 5. 8. & Farinac. n. 495. allegatis, fundatur in c. 5. de probat. l. in tantum §. universitatis ff. de Res. divis. l. 10. §. qui manumittitur ff. de in jus voc. Et simul in hac ratione: testis de universitate, quando spem commodi, vel metum incommodi non habet ex suo testimonio, non agit de proprio interesse: sed testis, qui non agit de proprio interesse, est idoneus, per l. testis idoneus ff. de testib. cum nulla sit causa eum repellendi. Pars II. cui teste Farinac. n. 474. nullus contradicit, videtur certa satis, si enim aliquando sunt testes idonei, vel maximè erunt in casu, quo aliunde deficit probatio. Quòd autem sint tali casu majores omni exceptione, non est intelligendum de omni casu; nam Menoch. n. 10. seqq. has affert limitationes: nisi adversarius universitatis probasset per testes alios contrarium: nisi ob ingens commodum, quòd universitati accedit ex testimonio talis testis collegiati, præsumi posset nimia affectio erga suum collegium in tali teste: & nisi testis de universitate haberet salarii ratione officii ab universitate. Quibus in casibus arbitrio Judicis relinquitur, an & quantam fidem mereatur testis de universitate. Pars

T t

III.

III. quam sustinet idem Menoch. n. 8. Abb. Felin. Dec. & alii DD. communiter in *c. insuper b. t. c.* & *si Christus de Jurejur.* contra Bald. Innoc. & Host. sub allatis terminis traditur à Farinacio n. 478. & 483. addente, & *ista est veritas*, ac ulterius probante in n. 536. consequenter talis testis de universitate, ubi veritas aliunde haberi posset, non semiplenè, nec duo plenè probant; quantum verò fidei in casibus particularibus tribui ipsis possit vel debeat, Judicis est dispicere.

Dico II. Testis pro communitate, cujus est membrum, non est idoneus, nec aliquid probat, si in singulos de communitate ex ipsius testimonio redundat utilitas. II. probabiliùs licèt utilitatem capiant singuli tantùm in consequentiam. III. imò licèt veritas aliunde cognosci nequeat. Pars I. est omnino extra controversiam, & omnium Doctorum teste Covarruv. *pract. quest. c. 18, n. 4.* eamque Farinac. n. 496. vocat receptissimam DD. sententiam, nec immeritò; cùm talis foret testis in propria causa, seu in propriam utilitatem, si ea singulos de communitate afficiat: Testis autem in propria causa nullus est, & nihil probat, ut habent Jura aperta in *l. nullus 10. ff.* & in *l. omnibus 10. C. de testib. c. insuper X. eod.* ibique DD. omnes per modum regulæ, quæ contradictorem, quem viderim, non habet. Quamvis autem hoc verum sit in thesi; ubi tamen testes aliàs essent valde legales & fide

digni, non omnis fides esset neganda, uti & si valde modicam tereffe in testes redundaret. Bart. *conf. 87. n. 38. lib. 1.* Tiraq. de *exig. vers. Et id quidem.* Pars II. defendit Sicard. in *l. dictantibus C. testam. n. 7. 8. 9.* Cephal. *conf. 61. 37.* & alii cum gl. in *l. omnibus cit. in re propria.* contra multos cum *in l. nullus cit.* suadetur inde, quod etiam utilitas indirectè, secundariè & in consequentiam redundans testem facit illi causam propriam, & facile illum excæcat propter nimiam affectionem. Saltem talis testis non facit integram fidem, sed aliquammodo diminutam. Pars III. quam amplectitur Felin. in *c. veniens b. r. n. 21.* Abb. in *d. c. insuper eod. n. 21.* magistraliter loquendo dicit, *videri rationabile, ut propter probationum quis admittatur ad litigandum ad commodum consequendum vel damnum evitandum, cum regula sit in contrarium, de qua in omnibus C. de Testib. canonizata can. 3. parte 4. §. nullus, conf. 4. ibi: nullus idoneus testis in re sua ligitur.* admodum probabilis redderetur ex allata ratione; quia tales testes ponerent in causa propria, & ad tereffe proprium. Masc. *lib. 1. cap. 295. n. 19.* Nec obstant Jura, quæ Abb. in contrarium allegari solent, videlicet in *c. veniens de testib. §. 1. in sensu C. de repud. cum similibus,* licèt in defectum probationum admittantur testes non omnino integri, in illis Juribus, non tamen admittantur

tur III, de quorum commodo vel damno tractatur. Excipiunt Felin. lo. cit. Lanfranc. de testib. n. 73. Decius in c. *in super cit. post n. 16. 17.* casum, quo agitur de probando aliquod factum, in quo non nisi Capitulares intervenire possunt, ut est electio, aut quid simile; tunc enim testes de Capitulo admitti ajunt, etiam quando de eorum proprio commodo agitur. Alii propter dictam rationem nec illum casum excipiunt, saltem ubi non de Electione aut re simili agitur, sed de alio negotio, ad quod soli Capitulares admittuntur, imò nec allegati DD. excipiunt. Farinac. n. 484. seq.

Dico III. In præsentis facti colonis de Communitate N. non immeritò fides, saltem plena, est denegata. Ratio desumitur ex dictis; nam quotquot pro testibus fuerunt adhibiti, fuerunt obligati ad decimas solvendas, & quod inde consecrarium erat, testes in re & causa propria; si enim per suum testimonium Judici fidem fecissent, quòd non decimi, sed primùm undecimi manipuli decimatoribus deberentur, notabilis utilitas in singulis hujus Communitatis, adeoque & in testibus redundasset. Præsertim hoc verum est, cum res talis sit, quam actu & habitu alii quoque, nimirum vicini, aut viri ejusdem Communitatis, qui agros non habent, & sic ad solvendas decimas non obligati, vel solverunt actu, uti est credibilissimum, vel saltem scire potuerunt, consequenter testes esse idonei, tanquam non interessati.

Atque ex hucusque deductis deducitur quoque responsio ad ea, quæ pro testibus de Communitate, eorumque idoneitate ad testificandum pro eadem, adducta sunt. Est quidem communis DD. conclusio, quòd testis de Communitate admittatur, sed simul ab eisdem limitata pro casu, quo tantum vertitur utilitas vel damnum Communitatis quæ talis, non verò singulorum illius membrorum, saltem quando veritas aliunde haberi potest, & negotium est tale, ut alii non interessati quoque intervenerint, vel intervenire potuerint, & sic testimonium ferre non in re propria. Quando verò singulos de Communitate vel spes utilitatis consequendæ, vel metus damni avertendi ex suo testimonio, afficit, suspecti tanquam testes in re propria communiter à DD. repelluntur. Unde prima & secunda ratio per allatam distinctionem enervantur. Tertia potest etiam intelligi de illis testibus, qui sunt quidem de communitate, sed ad decimas non obligati, & sic utilitatem ex suo de consuetudine non solvendi decimas testimonio non consecuturi. Si verò sermo sit de casu, quo Clerici, ad quartam decimarum Episcopo solvendam de Jure obligati, deponunt de suo facto negativo, seu consuetudine non solvendi has decimas, uti casum figurat Mascardus lo. cit. respondet Mascardus, & alii, qui tenent, non obstare testibus, si utilitas tantum secundariò & in consequentiam redundet in singulos, admitti posse hos Clericos,

cos, quia præcipuum commodum dicit esse ipsius Ecclesiæ: nos tamen, quia superius etiam commodum in consequentiam obveniens testibus de communitate putavimus eos reddere inhabiles, negamus hujusmodi Clericos, interesse capientes ex suo de consuetudine non solvendi quartam decimarum testimonio, idoneos esse ad testificandum. Quod autem quarto loco pro confirmatione allatum est, procedit in iis actibus capitularibus, ad quos alii, nisi Capitulares sint, non admittuntur, & sic veritas aliunde haberi nequit, uti est electio, & quædam similia, qui casus à quibusdam Doctoribus est exceptus. Certè in præsentem saltem habitu, si non actu, alio modo, & per extraneos, vel non interessatos testes potuisset haberi probatio.

Circa quintum, & quidem circa Legatarium, an possit esse testis in testamento, in quo ipsi relictum est legatum, magna, anceps, & antiqua est controversia inter DD. nam ex una parte talis Legatarius videtur esse testis in re propria & in utilitatem propriam, ex altera verò claris terminis videtur in allegatis Juribus approbari tanquam testis idoneus. Unde DD. variè se se torserunt, in diversa distracti. Aliqui dixerunt, Legatarium posse esse testem in testamento scripto, licet indè, scilicet si per ejus testimonium firmetur testamentum, ferat commodum; partim quia talis testis, cum voluntas testatoris lateat, plerumque non scit, sibi indè com-

modum obventurum, partim quia fides testamenti scripti non à numero testium, sed ab ipsa scriptura dependet; non verò si testamentum nuncupativum, quia dictæ rationes cessant. Sic senserunt Baldus, Cornerus &c. Alii voluerunt in testamento scripto, quàm in nuncupativo Legatarium posse esse testem, uti Matth. de afflictis ex l. si quis causam. ff. si cert. pet. quia solum consequentiam & secundario, non rectè & primario, in ipsum redit commoditas; quæ ratio superius satis placuit nobis. Alii negant utroque testem esse posse, quod agitur de commodo Legatarii, ut Andr. Speculator &c. quia fieri solent in re propria, quod jura patiuntur. Alii alia confinxerunt, videre est apud Cævallos in d. aureo opin. commun. contra com. 3. q. 797. per tot. qui n. 38. & resolutivè tenet cum Socino & Sado, quòd in testamento scripto Legatarius possit esse testis, tum quia ipse ignoret contenta testamenti, sic cesset verisimilis corruptio & electio, tum & maximè quòd non ponat de legato sibi relicto, sed solum de testatoris cum testamento cedere volentis declaratione. Extra si testamentum sit nuncupativum distinguit Cævallos: vel agitur tantum de testamento vel ejus solennitate, & tunc Legatarius potest esse testis ex necessariis unus respectu heredis scripti & venientium ab intestato, aut etiam respectu aliorum Legatariorum.

riorum, quia non testificatur in causa propria: vel agitur de ipsius legato, quod fortè in controversiam tractatur, ita ut ipse de facto sibi nuncupativè legato deponere deberet, & tunc non est idoneus, utpote in causa propria, sive principaliter sive accessorie deponit. Ferè idem dicit Menoch. de arbitr. Jud. casu 106. n. 14. in fine. citans Abbatem & Felinum cum Socin. Jun. Et hæc explicatio

mihî quoque placet. Unde *dist. ant.* argumenti: Legatarius est idoneus testis in testamento scripto, in quo ipsi relictum est legatum. *C. ant.* in testamento nuncupativo, *subdistinguo*, si agitur tantum de hujus solennitate, vel de legato aliis facto, iterum *C. ant.* Si autem de legato ipsius Legatarii, qui de eo debet testificari. *N. ant.* *& conf.* utramque.

QUÆSTIO II.

An Testes novi post publicatas attestations produci & recipi possint, saltem in Judicio Appellatorio?

Pro decisione hujus quæsti notanda singulariter venit dispositio *Clem. 2. de testib.* quæ sic habet: *testibus receptis, & eorum attestationsibus publicatis, sicut non licet super iisdem, vel directò contrariis articulis, alios vel eodem testes in principali causa producere, sic non debet in Appellationis causa licere; cum non minus in Appellationibus, quam in principali causa subornatio sit timenda.* Clarè igitur videtur prohibitum testes, sive novi sint, sive antiqui, seu prius jam auditi, post eorum attestations publicatas producere, & quidem propter periculum subornationis, postquam didicita (sic loquuntur Juristæ) sunt testimonia à Patribus, seu postquam ipsis innotuit, quid testes deposuerint. Id quod tamen restringitur ad eosdem articulos, super quibus jam auditi sunt, & ad directò contrarios, seu qui con-

sistunt in contradictoriis, ut si unus litigantium articulet, se esse legitimum, alter verò neget, eum esse legitimum &c. Unde Clementina non se extendit ad articulos, qui in uno vel altero puncto diversi sunt à prioribus, super quibus attestations receptæ & publicatæ sunt, vel aliqua ex parte novi, neque ad articulos indirectè contrarios, quando nempe contrarietas primùm eruitur & deducitur, v. g. si unus articulatur, Titium hoc die & loco contractum celebrasse, alter verò, Titium tali die in loco valde distante existisse: vel si Cajus affirmat se esse dominum fundi titulò emptionis, Sempronius verò asserit, se esse dominum fundi titulò præscriptionis. Quamquam autem dicta constitutio Clementina videatur esse tam clara, ut rem omnino conficiat,

Contra eam tamen sic insurgitur
T t 3 I, Con-

1. Constitutio hæc est iniqua & contra Jus naturale, utpote quod, sicut omnibus permittit potestatem probandi suam intentionem, ita non permittit restrictionem & exclusionem probationum; unde in *l. 21. C. de hereticis* cavet Anastas. Imperator, *ne probationum facultas angustetur*: sed angustaretur, si super iisdem seu antiquis, vel directò contrariis articulis, non admitteretur amplius productio testium, sive priorum sive recentium. Per consequens contingere posset, ut innocens condemnaretur, qui novis testibus intentionem suam probare, vel se defendere potuisset. 2. In Judicio appellatorio universaliter est concessum, ut possint probari non probata in prima instantia, ut colligitur ex *l. 6. §. siquid autem C. de appellat. ex l. 4. C. de tempor. appellat. ibi: per hanc divinam sanctionem decernimus, ut licentia quidem pateat in exercendis consultationibus tam appellatori, quam adversæ parti, novis etiam assertationibus utendi vel exceptionibus, quæ non ad novum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur, & illis conjunctæ sunt, quæ apud anteriorem Judicem noscuntur esse propositæ* — — quo exercitatis jam negotiis pleniore subveniat veritatis lumine. Unde natum est illud vulgare: *non probata probabo*: ergo saltem in Judicio appellatorio possunt novi testes super antiquis articulis proponi. *Confirmatur*: in diversa Instantia possunt produci novi testes: sed appellatio est diversa instantia. 3. In quolibet Judicio recipi testes possunt, quoties

veritas per illos sperari potest. *l. 1. §. cognitum ibi: quocumque tempore ff. de questio. concordat. can. 11. ca. 30. q. 5. v. Et tandiu.* sed per novos testes erui veritas potest: ergo. In *o. 26. §. c. 50. h. t. disertè dicitur*, publicatis attestacionibus testes recipi posse. 5. Post publicationem attestacionum licet adhuc alias probationes adducere, v. g. nova instrumenta usque dum concludatur in causa, *de fide Instrum.* ergo etiam novi testes cum nomine Instrumentorum veniant testes. *c. 4. de testib. cog. §. 1. ff. de fid. Instrum.* & deponere testium eandem vim obtineant, quæ fides instrumentorum. *l. 15. c. 1. in l. ita concludunt Daniel. Moller. Oddus. Jason. Roman. Abb. Paul. Castr. & Lanfr. apud Berlich. conclus. 28. n. 104. Accedit c. 1. §. c. penult. de probat. ubi testes fuerunt admissi post publicationem attestacionum: ergo.*

Sed regulariter standum est de iure Clementinæ, testium productionem super iisdem vel directò contrariis articulis disertè prohibenti, nempe in casu, quo publicatio, & receptio instrumenti jam est legitime facta, & testes didicerunt seu cognoverunt, & testes deposuerunt; secus si non didicerunt vel cognovissent, saltem in pars, quæ vult vel eosdem vel novos testes producere. Concordat. *c. 17. c. 18. 25. §. 48. eod. Conspirat. Jus Civile Aut. qui semel. C. eod. nov. 90. c. post. princ. & DD. communiter apud Berlich. n. 83. 84. Emm. Gonzal.*

*h. t. c. 17. n. 1. & Haunoldo tri. q. de
7. §. 7. c. 2. controv. 8. n. 166. seqq.*
Ratio valde efficax traditur in *Clem. cit.*
ne scilicet post publicatas, & ut Juri-
ste loquuntur, didicatis attestaciones
coningat testes, vel antiquos vel no-
vos, corrumpi & subornari, quid de-
beant testificari, & ut antiqui aliter
deponerent, vel novi contra deposi-
tiones antiquorum; de qua corruptio-
ne vel subornatione Pars testes produ-
cens fortè prius non cogitavit, quia
punitur, testes pro se deposituros;
nam autem, postquam cognovit, tes-
tes deposuisse contra intentionem su-
am, facillè eos corrumpere & subor-
nare, ut aliter, vel contra priores at-
testaciones testificentur: quo casu veri-
tas, & bonum publicum facillè in peri-
culum adduceretur: quod periculum
cellaret, si attestaciones, licèt jam ef-
fent publicatas, tamen pars producens
non didicisset per accidens, seu non
cognovisset.

Nec obstant obmotæ difficultates. Ad
I. enim respondetur *N. ma.* cum adjecta
ratione; quamvis enim Jus Naturale
omnibus permittat jus probandi, ta-
men non prohibet, ne legislatores
humani ex justa causa restringant tem-
pus, & modum probandi; sicut nemo
dicit, contra Jus Naturale esse illas le-
ges humanas, quæ post terminum
probatorum elapsum recipi vetant
novas probationes. Quàm gravis au-
tem causa fuerit prohibendi productio-
nem testium post publicatas & à parte
producente didicatis attestaciones, jam
palam fecimus. Imò bonum publi-

cum exigit, ne denuo producantur tes-
tes post dictam publicationem, ne
detur occasio corrumpendi & subor-
nandi testes, atque adeò magis peri-
clitetur veritas per novam productio-
nem testium, quàm per exclusionem.

Ad 2. aio, *cit. l. 4.* non facere ad-
rem, quia loquitur de eo, qui in pri-
ma instantia allegavit quidem aliquid,
vel produxit aliquod instrumentum,
sed testes illo tempore habere non
potuit, vel, si habuit & produxit, illi
tamen non fuerunt recepti vel exami-
nati, fortè quòd producti fuerint post
terminum probatorum; quo casu non
est periculum subornationis, & sic ces-
sat ratio. Atque sic respondet Hau-
nold. cum Everhardo. Lex autem
6. §. siquid. autem intelligenda est de
novis articulis, etiam dependentibus
à prioribus, in Appellatorio porrectis.
Emman. Gonzal. ad c. 17. h. t. n. 5.
cum Donello. Proinde juxta datas ex-
plicationes intelligendum est illud:
non probata probabo in Appellatorio.
Ad Confirmationem *dist. ma.* In diver-
sa instantia tendente ad diversum finem,
& quarum una non est alteri subor-
dinata, nec una subrogata in locum
alterius. *C. ma. secus N. ma.* Causa ap-
pellationis tendit ad eundem finem, ad
quem tendebat prima instantia, & sub-
rogatur primæ instantiæ. Ad 3. Illa
Jura sunt exaudienda de defensione Rei
in criminalibus, & de productione tes-
tium intra legitimum tempus, non ve-
rò post terminum, & publicatis jam
attestationibus. Ad 4. In *citt. cc.* non
est legitimè facta publicatio; nam in
poste-

posteriore fuit facta non coram Iudice, sed coram Arbitris: in priore verò inauditâ parte, & per vim prohibitâ suam intentionem probare; ac insuper illa nec didicerat testificata. Ad 5. *N. conf. & parit.* quia in testibus subest metus subornationis & suspicio, an non post cognitâ eorum depositiones ad mendacium instructi veniant falsum testimonium dicturi; non verò de instrumentis, quia hæc, & subscriptiones temporum ac personarum,

in iisdem contentæ, satis se ipsas prædunt. Unde quoad hoc testes conveniunt nomine instrumentorum, ut utrorumque sit longè dispar ratio. 6. Ibi agebatur in causâ Matrimonii in qua specialiter propter favorem Matrimonii recipiuntur testes publici etiam attestacionibus, adeoque etiam sus exceptus. Adde, quod utrumque publicatio attestacionum legitime facta non fuerit.



TITULUS XXI.

De Testibus cogendis, vel non.

DECISIO LXIV.

De Clerico & Laico testimonium dicere renuentibus.

SPECIES FACTI.

IN quadam Universitate seu Academia quatuor Studiosi confederant ad ludendum, quos inter erat unus jam Sacerdos, sed, postquam continuato in seram usque noctem lus chartarum incaluerant, Turbilius obminùs prosperam fortunam nimium quantum excandescens in blasphemias, & nonnunquam etiam in contumeliosâ in socios verba prorupit: quod Modestinus molestè ferens increpuit

maledicum, & lusum abrupter luit. Quapropter in furias actus Turbilius Modestinum evaginatio provocavit, qui initio quidem placidè verbis compescere conatus est, sed postmodum verò, quia is effectus insultare & probrâ dieteris laceffere perrexit Modestinus pariter strinxit gladium, & postmodum vel alterum congressum præter actionem suam graviter vulneravit.